

# TESTIMONIAL

From the Academy of Lausanne, in Switzerland, (founded in 1537,) to the Reverend P. P. SECRETAN, Father of the late Mr. Secretan, of the Customs, Quebec.

*fel*



L. B. S.

Petrus Paulus SECRETAN Civis Lausannensis qui nunc in Anglia degit, cupiens amplecti S. S. Ministerium, cui jam ab adolescentia se voverat, ad id quo facilius promovetur, expetivit ut Academia Lausannensis eum testimonio ornet, tum quoad mores, tum quoad progressus quos in Patria edidit. Cui petitioni annuentes unanimi consensu testamur Pet. Paul. SECRETAN ex patricia familia natum esse, cujus plures Viri S. S. Ministerii munus obierunt, hodieque adhuc sustinent. Ejus Pater, postquam per longos annos Ecclesiam Christi tum doctrina, tum pietate aedificavit, quem sibi adeptum Ecclesia adhucdum luget, in academia adlectus est et Professor Theologiae creatus. P. Paul. SECRETAN a pueritia studiis incubuit, et perlustratis sex Collegii nostri publici scholis, tandem publica in Auditoria promotus fuit anno 1756, et Catalogo Studiosorum annumeratus. Diversos audivit Professores, qui omnes testimonium perhibent ingenii dotibus, diligentiae et progressibus praedicti SECRETAN. Mores habuit puros et ingenuos, quales decent Christianum et Virum. Patre pio, matre que pia adhucdum in vivis, natum; nihil que audivimus de illo nec indecorum, nec reprehensione dignum. Postquam per quinquennium audivit Professores, Patre tunc mortuo, in Angliam profectus est. Gaudemus eum in studiis Theologicis perseverasse, illi que benedictionem divinam adprecamur toto corde. Hoc jubente Venerando Coetu academico scripsit, Sigillo que dictae Academiae publico munivit Vo. Nonas sextiles anni a Christo nato (1) DCCLXVII, Lausanuae.

(*Subscriptum,*)

DANIEL PAVILLIARD, V. D. Min.

Eloquentiae Professor et

Academiae pro tempore RECTOR.

**L. S.**